REMIGIUS ALTISSIODORENSIS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 53v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift

petieritis patrem in nomine meo da-
bit vobis. Nomen eius ihesus est. Ihesus hebraice
latine salvator dicitur. Ille ergo in nomine
ihesu petit qui ea que sunt salutaria petit. Illa ergo
petenda sunt que ad veram vitam et in aeternam
spectant salutem. Quaerite et invenie-
tis. Numquid presentis vitae prosperitas que-
renda est? Non. Sed regnum dei et iusticia
eius. Sicut supra dixit: Regnum dei et iusti-
ciam eius tunc querimus quando dona cele-
stis patriae desideramus et quibus operibus
iusticie ad ea pervenire possimus dili-
genter inquirimus. Ergo ista temporalia que-
renda non sunt. Sed de quibus dicit apostolus: que
oculus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit, que prepa-
ravit deus diligentibus se. Et ut ad illa per-
venire possimus, primo necesse est auc-
torem bonorum omnium inquiramus. Sicu-
ti david qui dicebat: In toto corde meo
exquisivi te. Et Ysaias: Quaerite
dominum dum inveniri potest. Item: Queri-
te et invenietis. Et Ieremias: Scrute-
mur vias nostras et queramus dominum. Pul-
sate et aperietur vobis. Numquid aliena
hostia aut divitum ianuas pulsare
debemus? Non. Sed illud ostium de quo dicit
iohannes: Fui in spiritu et vidi ostium apertum
in celo. Sive enim per hoc ostium fides ecclesie
sive ingressus regni celestis, sive
utrumque intelligatur, non aperitur nisi illis qui
in spiritu sunt, qui petunt et accipiunt cele-
stia, querunt et inveniunt spiritalia.
Quod autem non passim quibuscumque aperiatur
hoc ostium, testes sunt ille virgines que

repulse ingeminant voce dicentes: Domine
domine aperi nobis. Verum tamen nobis pulsan-
tibus dominus aperire dignatur quando nos ei
de pulsanti aperimus. Unde ipse dicit:
Ego sto ad ostium et pulso. Si quis aperu-
erit mihi intrabo ad eum et cenabo cum illo
et ipse mecum. Totiens dominus pulsat quo-
tiens mandata sua ad nos dirigit. To-
tiens et nos pulsanti aperimus quotiens eius
precepta implemus. Aliter. Tunc dominus pul-
sat quando per egritudinem vicinam mor-
tem nobis denuntiat et pulsanti non
aperimus cum de corpore exire formidamus.
Potest et sic intelligi: Petite orando,
querite recte vivendo, pulsate per-
severando, quia nichil est bonum opus inci-
pere et non finire. Hanc perseverantiam
commendat ille nocturnus pulsator
qui per inportunitatem optinere prome-
ruit quod postulavit. Omnis enim qui pe-
tit accipit et qui querit invenit et
pulsanti aperietur. Magnam spem contu-
lit his verbis ille qui mentiri non potest. Quo-
modo tamen vera est hec domini promissio, cum
multos videamus petere et [illegible] que-
rere et non accipere? Et non solum [illegible] non
similes sed ipse apostolus paulus [illegible] exau-
diri non promeruit cum ter dominum roga-
verit ut ab eo angelus satane discederet.
Solvitur sic: ubi dominus ait omnis qui petit
accipit, subauditur in nomine meo, quod
alibi manifestat. Nomen eius est ihesus id
est salvator. Quicumque ergo petunt et
non accipiunt monstratur quia non salu-
taria sed contraria sunt que petunt. Sic et